LITANIAM, DOMINICAM ORATIONEM, APOSTOLORUM SYMBOLUM, ALIASQUE ANGLICAE ECCLESIAE FORMULAS: IAMBICIS TRIMETRICS SANCTI AMBROSII CARMEN, TE DEUM ET HYMNOS NONNULLOS

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649459155

Litaniam, Dominicam Orationem, Apostolorum Symbolum, Aliasque Anglicae Ecclesiae Formulas: Iambicis Trimetrics Sancti Ambrosii Carmen, Te Deum et Hymnos Nonnullos by Allen W. Chatfield

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

ALLEN W. CHATFIELD

LITANIAM, DOMINICAM ORATIONEM, APOSTOLORUM SYMBOLUM, ALIASQUE ANGLICAE ECCLESIAE FORMULAS: IAMBICIS TRIMETRICS SANCTI AMBROSII CARMEN, TE DEUM ET HYMNOS NONNULLOS

Trieste

J. K. Wilson
Easter 1887.

LITANY AND HYMNS

IN

GREEK VERSE

TRANSLATED BY

ALLEN W. CHATFIELD, M.A.

TRANSLATOR OF "SONGS AND HYMNS OF EARLIEST GREEK CHRISTIAN POETS, BISHOPS AND OTHERS."

London:

HENRY FROWDE

AMEN CORNER

LITANIAM,

DOMINICAM ORATIONEM, APOSTOLORUM SYMBOLUM,

ALIASQUE ANGLICAE ECCLESIAE FORMULAS,

Iambicis Trimetris,

SANCTI AMBROSII CARMEN, TE DEUM,

Dactylicis Hexametris,

ET

HYMNOS NONNULLOS

RECENTIORUM AUCTORUM,

Variis Metris,

GRAECE REDDIDIT

ALLEN GUL^MUS^. CHATFIELD, M.A.,

MAGNAE MARCLAIAE VICARIUS

TERTIA EDITIO

OXONII

M DCCC LXXXVI

Oxford
PRINTED BY HORACE HART, PRINTER TO THE UNIVERSITY

VIRO ILLUSTRI ET DOCTISSIMO

GEORGIO BARONI LYTTELTON

M.A., D.C.L., LL.D.

SERENISSIMAE REGINAE

IN COMITATU VIGORNIENSE LOCUM-TENENTI, &C. &C.

S. D.

A. GUL[mus]. CHATFIELD.

TUAM erga me benevolentiam, jam ante in multis adhibitam, nunc potissimum in eo expertus sum, quod has paginas et perlegere et recensere haud gravatus es. Quas tu tam benevole inspexisti inchoatas atque rudes, easdem nunc emendatas quantum potui, atque expletas, grato animo tibi profero. Verbis non utar inanibus. Neque enim ego adulari scio; neque tu adulationem accepturus esses. Verissime dico te illustrem, non stirpe tantum et genere, sed multo magis tuis ipsius operibus, atque benefactis: doctissimumque, pari jure, et pleno omnium consensu. Quot et quanta in Senatum, in Rempublicam, in Ecclesiam, inque

omnes qui Literarum Humaniorum studiosi sunt, contuleris beneficia, non penes me est enumerare. Id tantum affirmo, Graecis te Literis inter aequales tuos longe praestitisse. Aspicimus, nam in promptu sunt exempla, Miltoni Comum Graia ridentem facie: aspicimus ejusdem Samson Agonisten Graiis certantem lacertis. De tota Literarum Graecarum civitate, tu, summe vir, summas laudes et perennem meritus es coronam.

Datum
Magnae Marclaiae
IV Id. Jan.
M DCCCLXXVI.

PRAEFATIO

PRO me ipso jam pauca adjiciam. Puer, et Carthusianae domus alumnus, hoc fere modo in rei Grammaticae studium inductus sum. Comitiis maximis, cum viva voce agebatur, in adjectivo '*ὁ ταλαίπωρος*' declinando titubavi. Nominativum femininum cum me dicere oportuisset *ἡ ταλαίπωρος*, dixi—vae mihi—*ἡ ταλαιπώρα*. Dicto citius, terribili stentoreaque voce Magister doctissimus, sed idem severissimus, exclamavit, 'Quis ille puer? Quis ille puer? Dejice, dejice. Grammaticae Graecae Partem Tertiam exscribat.' Opus impositum, inter ferias, *ὢ ταλαίπωρός γ' ἐγώ*, ut tunc quidem putabam et lamentabar, peregi. Huic initio, huic fundamento, quicquid his multis post annis scio, id totum debetur. Accuratius et cogitare et agere didiceram. Jam inde, non ferulae timore, sed scientiae ipsius amore, profeci. Quibus adolescens studiis, et domi et Cantabrigiae, multa eheu, et longa inter